

...ZATIUDAR.
...ZUTHOELOI
...DSCULPTE DSCULPTE

CATALOGUS LECTIONUM PUBLICARUM ET PRIVATARUM ^{IN} ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SINGULIS DNN. PROFESSORIBUS
PER PROXIMUM ÆSTIVUM à FESTO PASCHATOS
AD FESTUM MICHAELIS TRACTANDARUM.



ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.
ANNO M. DCC. VIII.



FACULTAS THEOLOGICA:

DJO. FECHTIUS, ut superiori anno in scholis suis eousque progressus est, quo per corporis sui constitutionem, quippe ingravescente senectute nonnunquam infirmatm, ipsi licebat: ita quamprimum lecto liberabirur, publice inhærebit absolvenda Indifferentiarum Theologiæ, privatim Examinatorio Collegio, post tot repetitas vices, rogatus à complurimis, denuò operam dabit, ut fundamentis in eo ritè positis ad cætera eo feliciori successu contendere Theologiæ cultores possint. Ut anno præterlapso quinques pro publicâ cathedrâ disputavit, ita nec posthac deerunt & jam sunt, qui honestissimo hoc certamine Academiæ pariter nostræ & patriæ suæ factos in studiis progressus laudabiliter demonstrabunt.

JOHANNES NICOL. QVISTOR PIUS, D. superiori anno in lectionibus publ. ad ductum Agend: Eccles. materiam (1.) de potestate I. Regimine Ecclesiastico in genere ad usum nostri temporis (2.) In specie de jure Episcopali, (3.) Patronatus, (4) Consistoriorum cum Deo absolvit; nec non Disputationes in A.C. ejusdemque Apologiam ad finem perduxit.

Favente Deo per instantem annum ad capita de jure Personarum Ecclesiasticarum, ac de Religiosis in papatu sic dictis, eorumque variis ordinibus in publicis lectionibus ab hora III. in IV. vespertinâ se accinget. Velitationibus privatis bis de hebdomade habendis Articulos Smalcaldicos & Catechismum Majorum Lutheri (ut Libri Symbolici in succum sanguinemque vel quâsi legendo & disputando, vertantur) substernet. Nec in aliis exercitiis vel Theol., vel historicis, vel Disp. publicis, desideriis (in quantum officia sua cœtera concedent) Optimorum Studiosorum deerit. Adspiret autem nostris conatibus Clementia divina!

JOH. PETR. GRUENENBERGIUS, D. In Publicis Lectionibus, sicut promisit, Zachariam Prophetam exegeticè pertractavit: prætereaque, ut tanto magis industriæ eorum, qui Verbum Dei amant, satisfaceret, reliquos etiam Prophetas à Nachumō usque ad ultimum Malachiam exposuit, ut ita Duodecim Minores

Minores planè absolvantur, idq; methodo facili, & stylo perspicuo atq; ad hoc negocium accommodato. Qvoniam autem iuperiore anno Danielem, itemq; Jesaiam proposuit, itaq; ex Prophetis Majoribus solus Jerem. & Ezech. restat: in gratiam Studio- forū Principium suæ Theologiae primum rectè stimantiū hos quoq; duos Prophetas *ut traditæ sibi S. Exegeticae* addere studebit in publicis suis horis. *Privatis in Lectionibus* è Tabulis suis Oeconomicis Biblicis Totum S. Codicem inculcat, atq; in aliis Canticum Canticorum exponit. Si qui fuerint, qui Tabulas ipsius Biblicas Genealogicas recenseri cupient, lubenter ipsis favebit, itemq; iis, qui privatis Disputationib⁹ per instantem primam anni quadran- tem fese exercere cupient, Casuistico à qvibusdam anxiè deside- rato non deerit, si conditio satis coñoda locum invenerit. Medita- tur de cœtero Collegium Theologiae Universale, inde à proximo Feste Paschæ, si Deus voluerit, per biennium ita absolvendum; ut omnes Theol. partes sine exceptione, per continuam seriem coniunctæ, intra dictum spatum feliciter pertractari, &c., quid qviq; sciant, ipsi de die in diem & sentire, & judicare possint.

ZACHARIAS GRAPIUS, D. in Prælectionibus publicis Horâ IX. antemerid. ex Theologia Morali Itaianâ, Deo vires clementissime concedente, explicabit doctrinam de Sanctitate & perfectione Christianâ. In lectionibus vero privatis ab soluto Examine Theologiae Irenicæ hodiernorum Reformatorum, & alias Controversias recentissimas enodare studebit, in Bibli- cis etiam desideriis Auditorum suorum satisfacere allaborabit, nec non privatum in libros Symbolicos disputare incipiet.

HENRICUS ASCANIUS Engelken, D. Deo juvante, in lectionibus publicis, Horâ II. pom. *Apologiam Augustanæ Confessio-* ni ita exponet, ut post cujuscunq; capitil analysis verba, circa quæ dubia movent adversarii, sit vindicaturus. Breviter in discursu, ubi opus erit, illa repetet, quæ circa ipsam A. Conf. *Apologiæ* fundamentum, hucusq; ore calamoq; exposuit. Sicut v. anno præterlapso Collegium B. Schomeri Anti-Calv. per disser- tationes in id habitas publici juris fecit, duabus etiam aliis sub præsidio ejus habitis disputationibus, ita nunc quoq; Auxi- liante divino Numine, Augustanam Confessionem publicis diffu-

rationibus in gratiam eorum, qui Respondentium pariter ac Opponentium vices sustinebunt, illustrabit. Privatum Königium, more solito, explanabit lectoriè pariter ac examinatoriè, additis etiam, pro lubitu Auditorum, brevissimis dictatis. Controversias cum Reformatis ad duetum Collegii Anti Calv., B. Schomeri tractabit. Disputatorium Collegeum, informandis in ipsa praxi Oppon. pariter ac Respondentibus destinatum, brevi iterum inchoabit. Iis deniq; qui in privatissimis lectionibus informatione ipsius utuntur vel usuri sunt, operam præstabit indefessam.

FACULTAS JURIDICA.

JOHANNES KLEIN, Cancellariæ Justit. & Consist. Duc. Director, Sereniss. Ducis Mekl. Reg. Consiliarius intimus Brufiem. Tract. de Processu Inquisitionis exponeret, sed cum ob absentiā impediatur, ej⁹ loco prædictū Tract. explicabit **C. M. Müller**. D.

MATTHIAS Stein/Codic. PP. Excell. Dn. Strykii Introd. ad praxin forens. publice exponet: privatim in explicando Dn. Titii specimine juris publici Romano-Germanici perget, etiam juris privati collegia Lectoria & Examinatoria jā cœpta continuabit.

JOH. JOACH. Schöppfer/D. publicè materiam successoris ab intestato tractabit, privatim collegia, horis consuetis, matutinis & vespertinis, continuabit.

CASP. MATTH. Müller/D. publicè explicabit D. Titii teutoshes Lehn-Recht/privatim verò in Collegiis Lectoriis & examinatoriis perget.

FACULTAS MEDICA.

JOH. ERNESTUS SCHAPER. D. Lectiones Publicas promittit in Chirurgiæ Barbettianæ cum notis celeberrimi Muys Partes duas Piores; Privatum autem continuabit tām in Medicis quām Physicis Collegiis, & speciatim Collegium Physicum Experimentale & Curiolum juxta demonstrationes suas in gratiam Auditorum editas variis novis experimentis augendas habebit.

GEORGIUS DETHARDING. Med. D. ejusdemq; ut & Mathemat. Superior. Professor Ducalis Publicus Ordinarius, publice regulas Diæteticas cuivis Hominuni, in primis illis qvī Literas tractant, salutares, & ad normam Temperamentorum

**instituendas exponet: privatim in exponendis fundamentis
Medico futuro necessariis omnem porro operam collocabit, in
quantum Deus vires concesserit.**

WILHELM. DAVID HABERMANN, M.D. & P.P.O.
publicè occasione Coalitarum Gemellarum, ex Hungaria
hisce diebus ad nos allatarum, de harum & similiūm histo-
riis, anatomiis, coalitionum causis probabilibus, & consectariis
inde deditcendis aget. Privatim verò monstrabit desideran-
tibus *Usum Matheseos in Medicina*; & quidem inspecie *Me-
dicina Hydrostatica principia*: hoc est: rationem ponderandi in
Aqvâ vel alio Liquidô, Fluida & Solida Corporis humani, diver-
fas item Aqvas, medicamina, Lapiðes pretiosos, Metalla. &c.
quo exinde de humorum, Metallorum, mineralium &c. mixtu-
ris, adulterationibus & constitutionibus judicium intimius ferri
queat. Et porrò methodum ostendet ad prædictum ulum fa-
bricandi Libram, à nullo autore descriptam, facillimo artificio
& exiguis sumptibus parabilem, quæ centesimam, imò & longè
minorem, unius grani partem monstret: cujus jugum cuspidi
acutissimæ (fulcri loco, fere ad instar magneticæ acus) innita-
tur, quo machinæ mobilitas ab omni partium affrictione im-
munis servetur: cujusq; pondera, ex chalybeâ chordâ, (qua-
libus in musicis instrumentis utuntur) geometricè divisâ sint
conficienda.

FACULTAS PHILOSOPHICA.

**ALB. JO ACH. à KRAKEVITZ. Theol. D. Catech. Christ. &
Hebr. Lingv. Prot. Ducal. Publ. & Ord. propitio Summo Numine
locolectionum publicarum, proponet nobiliores quæstiones
Criticas circa textum Hebræum V. Ti. occurrentes & quidem
hora VIII usq; ad IX. Privatim sollicitus erit, ut Lectissimam
Studiosorum coronam ad frequentiorem sacri Codicis evoluti-
onem & scrutinium alliciat; quapropter Collegium aperiet
Biblicum, in quo singulis diebus, per duas proxime sene*nt*
vicem excipientes horas, versionem Lutheri à verbo ad ver-
bum præleget, ita tamen, ut (1.) cujusvis libri dispositio atten-
datur. (2) cujusvis Capitis contenta summariter, factis justis
partitionibus, indicentur. (3) Sensus Sp, Sancti genuinus juxta
regulas**

regulas hermeneuticas eruatur. (4.) fontium præprioris habeatur ratio. (5.) in difficiliora loca annotationes calamo excipienda suppeditentur. (6.) ubivis ostendatur, quis fructus ex lectio-
ne Biblica tam respectu Theologiz Theoreticæ quam Practicæ
redundet, juxta estatum Paulinum 2. Tim. III. 16. Qui labor in-
tegrum requiret annum. Hac ratione Theologiam Biblicalam
pertractans non negligat Theologiam systematicam, quapropter
Collegium promittit Examinatorium super Examen The-
ologicum Acroaticum Theologi Dexterrimi Dn. M. Davidis
Hollazii, sui olim in Lyceo Colbergensi Præceptoris Fidelissimi
optimeq; meriti. Ex cuius libri amida tractatione Auditoribus
suis tanta pollicetur in studio Theologico incrementa, ut quo-
vis momento rigosissimum sustinere queant. Examen qvem ad-
modum Clariss. Dn. Committones latere haud potest, qvanti
hunc librum faciat subactioris judicii Theologus Dn. Fechtius
noster. Adhæc sunt qvi manuductionem desiderant in addiscen-
da Lingva Hebræa, qvibus neq; vaqvam deerit, potius juxta Opti-
tum vel Wasmuthum præcepta fideliter exponet adjecta praxi
analytica. Pro iis autem, qvi in hæc lingva aliquales jam fece-
runt progressus paratus erit ad Collegium Lectorio expositoriu-
m in totum Codice V. T. Deniq; si privata desiderata fuerint Ex-
ercitia Disput., ex voluntate Dn. Studiosorū lubentissime instituet.

CHRISTIANUS HILDEBRANDT. Log. Prof. Ducal. Ord.
Publ. & totius Univers. SENIOR, in Disputat. Circularibus, Deo
vitam & causario corpori vires gratiose largiente! perrecturus
est. In publicis lectionibus DNN. Audituris doctrinam syllo-
gismorum profitebitur. Collegia privata potentibus promit-
tit ad eorum lubidinem.

HENR. CHR. EICHLER/D.P.P. Ord. modum Themata & Ar-
gumenta inveniendi, disponendi, tractandi publice proponet, &
cum primis Argumentorum amplificantium indolem & varie-
tatem tradet. Nec deerit illis, qui Lectiones privatas expetunt.

M. JACOBUS BURGMAN. Græc. Lingv. Prof. Ord. Præle-
ctionibus suis publicis per annum sequentem assistente divino
Numine habendis destinavit egregiam Pauli Epistolam ad Ro-
manos

manos scriptam ubi in vocum phrasiumq; enddatione sic ver-
sabitur, ut emphases insigniores eruantur, non neglegatis Lingvæ
hujus in Novo Fœdere ~~αρχετύπῳ~~ idiotismis, aliisq; ad verum
Scriptoris ~~γεωμετρίᾳ~~ sensum asseqvendum adminiculis utilibus.
Privatim verò ad desideria DNN. Studiosorum ~~φιλολογίᾳ~~ vel
fundamentalibus facili methodō inculcandis, vel etiam solidio-
ribus ad intimiora Lingvæ hujas penetralia ducentibus propo-
nendis operam prontam exhibebit.

M. PETRUS BECKER. Math. P. P.O. lectionibus publicis
per instans semestre cum Deo habendis destinavit historiam
totius Matheoseos, exposituram & ortum & incrementa singu-
larum disciplinarum, speciatim v. Astronomiæ, potentissimis
hodie per orbem Principibus ad felicia ipsius fata comnen-
datae, observationibusq; in remotissimis ab humano confortio-
orbis partibus promovendæ. Cuilibet etiam parti subjicit ca-
talogum celebriorum in eo scientiarum genere authorum. Pri-
vatis tandem nonnullorum studiis, quantum per alterius officii
labores licuerit, est satisfactorus.

J. H. SIBRAND. U. J.D. & Moral. Prof. Publ. Ord. Illustr. Pu-
bendorffii libellum de Offic. Homin. & Civis, in lectionibus pu-
blicis exponet: Privatim vero tam in Politicis, quam in Mora-
libus prælectiones suas iterum inchoaturus. Illorumq; desi-
deriis, qui in Philosophia Morali Collegia Disputatoria expeti-
turi, semet haud subtracturus.

DAV. HENR. KOEPKENIUS, Philos. & Theol. Doct. & Hist.
Prof. Duc. sollicitus in primis erit, ne Historici studii amœnita-
tem frustra à se quisquam requisiverit. Et publicis quidem horis,
posteaquam superius Arianismi recensionem absolvit, exposicio-
nem duorum novissime præterlapsorum seculorum Historiam
juxta doctum Venerab. Dn. Abbatis *Schmidii* in Hist. E. collato
etiam *Joh. Angel. Bernieræ* Itali Compendio H.E. destinavit, univer-
sum illud *Schmidii* compendium inter privatos parietes evolutu-
rus. In Theologia eam operam dabit, ut Domini Comilitones
præter Königianas lectiones in compendio controversias potio-
res cum Pontificiis, Reformatis, atq; Socinianis hauriant: quem
in-

in finem brevissimas theses singulis hebdomadibus examini subjiciendas exhibebit. Cui instituto exercitium quoddam Homileticum junget, & disputationes publicas, tum in Theologia, tum in Historia Meklenburgica unum alterumve pensum absoluturas. Philologica etiam non negliget progymnasmata & si qua porro est re DNN. Auditorum fore observabit, summa cum voluptate perficere concupiscet.

CAROLUS ARNDIUS, Prof. Poët. Publ. absolutis Praelectionibus scientiae literariae Pantosophicis & quidem *Pragmaticis*, Praelectiones communicabit, *scientiae literariae Pantosophicas* & quidem *agogicas* qvibus expositurus introductionem compendiariam atque selectam ad Scriptores in omni scientiarum generi optimos & selectissimos eamq; quinq; sectionibus, Theologicâ, Juridicâ, Medicâ, Philosophicâ, & Philologicâ circumscriptam, constipatamq; in singulis sectionibus triplici illo fundamento literario: (1.) Notabili de vita, fatis, & scriptis, Autoris momento. (2) Genuino, de scripto commendato, judicio. (3) Fidelis fontis Historico-literarii subsidio. Communicabit itidem Praelectiones *Historico-Politicæ*, continentis Historiæ Politicæ compendiarium sensum, usibus Politicis instructum, duabus sectionibus inclusum, qvarum Ima pandet Historiam Politicam *Imperiorum* eorumq; *Antiquiorum* & quidem Cardinalium, Babylonici, Persici, Græci & Romani quoad ortum, progressum, interitum, Synchronismum, memorabilium nervum & usum Politicum; Hæc Historiam Politicam *Regnum & Principatum* eorumq; recentium hodieq; in Europa florentium quoad (1.) Regni & Principatus situm ambitum & Genium. (2.) memorable ex Geographiâ momentum. (3.) Historicum ortus, progressus, defectus & refectus summarium. (4.) Genealogicum Regum & Principum breviarium. (5.) modernum statum (6.) Scutum Heraldicum. (7) Prætensionum scrutinium, (8.) Scriptorum selectum. (9) axioma Politicum. Continuabit etiam reliquias Praelectiones Philosophicas atque Exercitationes Academicas, usum Philosophiae genuinæ in Theologiâ saluberrimum jucundissimam quadam ac utilissimam ratione subministrantes.

